

37² 90
97

cōtra passionem refugiebat cū dicebat. transeat a
me calix iste. volūtatē tamen racōnis voluntatē
patris conformabat et appetitui carnis pōnebat
cū dicebat. Non mea volūtas s; tua fiat. Et sic una
volūtas nō erat alteri cōtraria. qz s; m volūtatē
diuinā qd iustum erat voluit s; m voluntatē ra
tionis iusticiē cōsensit. s; s; m voluntatē carnis pe
nam recusavit s; tamen iusticiam nō accusavit. et
sic unaq; volūtas qd suū erat operabatur. et qd
ad se pertinebat sequebatur. volūtas scilicet diui
na iusticiā m. volūtas racōnalis obedientiam.
volūtas carnis naturam. ac per hoc non erat in
cristo colluctatio et pugna s; parata ordinatio et
tranquillitas ordinata.

De passione q̄tūm ad statum patienter.

Capitū novū.

DE modo autem patiendi hoc tenendum est.
qz cristus scilicet passus est passione genera
lissima. passione acerbissima ignominiosa. passioe
interemptoria s; viuificatiua. Passione inquā ge
neralissima quantum ad naturam humanam non
solum s; m omnia membra corporis principalia. ve
rum etiā s; m omnem anime potētiā. licet nich
il pati posset s; m diuinā naturam. Passus est eti
am passione acerbissima. qz non solum dolendo vt
patiens per vulnera. sed etiā delendo vt cōpati
ens ppter nostra delicta. Passus est etiā passione